dicit glo. in. c. ea que de ſta. regula. Et ratio glo. pōt
eſſe. qꝛ ꝑ ingreſſium religiōis ꝑdit quis ius comitat⁹
et ius ducatus ꝛc̄. glo. eſt ordinaria. xxvij. q. ij. c. ſcri-
pſit. et. xx. q. iij. c. preſens. Et has glo. approbat bal. in. l
deo nobis. C. de epiſ. et cleri. Et cum hec queſtio eſſet
rome de facto inter dños de rota in ꝑſona vni⁹ no-
bilis de francia q̇ in impetratiōe beneficij dixit ſe no
bilē Cū eſſet monach⁹ fuit ſibi obiectū de ſurreptiōe
reſcripti Idem dñi de rota priorib⁹ allegatis nō ob
ſtãtib⁹. vt dicit lo. de ro. in ſuis ſingu. ↄ̄riū determīa
bant: Et pīcipue tali ratiōe qꝛ nobilitas ē quoddaꝫ
ius ſāguinis qđ eſt icōmutabile. l. iur agnatōis. ff. đ
pac. preterea ſuitas etiã eſt ius ſāguinis et ideo nō ꝑ-



ditˀ dic. l. deo nobis. C. đ epiſ. ⁊ cleri. Et ē hoc cōſonū
racōi ne ſꝫu⁹ dei ſit deterioris ↄditōis ꝙ̄ pricipis ſe-

❡ Quero. iiij. an mlˀier igōbilˀ ducēs maritū ↄ clˀaris
nobilē efficiatˀ nobilˀ. ⁊ ſic an ex nobilitate ſui mariti
nobilitetˀ Et dicendū ꝙ ſic. l. mulieres. ī. c. ti. đ digita
li. xij. vbi tex. dicitˀ mulieres honore maritorū erigim⁹
genere nobilitam⁹ et forū ex eorū ꝑſona ſtatuim⁹. et
domicilia mutam⁹. Idem habetˀ in. l. fi. š. de incolis
li. x. Mulier aūt nobilis ſi nubit marito plebeo amit
tit nobilitatē. vt ī. l. femīe. et ibi notatˀ. ff. de ſenato.

❡ Quero. iiij. An mulieres que honorantˀ more ma
ritorū ſuoꝝ debeantˀ dici dñe. ſicut marit⁹ dicitˀ dñs
vt vxor militis vel doctoris et dicitˀ ꝙ ſic dic. l. mulie
res et. l. femīe all. Quid aūt ſi tales domīe īuitarentˀ
ad cōuiuiū An ꝓ eis debeat mitti. et de hoc nōt Jo.
an. in. c. fi. de renūcia. Et caldrin⁹ cōſuluit vxorē ſuaꝫ
ſuꝑ iſto que reſpōdit vt ipſe dicit ſatis eque ꝙ ꝓ mu
lieribus debet mitti ad cōuiuiū qꝛ nō libēter ſe inge-
rūt forēſib⁹ Sed ꝓ alijs mitti nō eſt neceſſe niſi eēnt
graues et honorabiles perſone.

❡ Quero. v. qui tm̄ dicuntˀ nobiliores Et videtˀ đm
ꝙ germani teutunici q̇ ſunt germãi. vt vult glo. ī c. j.
xxxiiij. di. Et dicuntˀ germani. i. verū germē vlˀ vere
nobiles ſꝫm eã glo. ibi vel ſꝫm Jo. an. ſic dicūtˀ a gig
no is ere ꝓpter fecunditatē in generãdo. Eſt eīm ꝑria
multū gñatiua. Et qđ germãi dicūtˀ nobiliores itel-
lige nō de hijs q̇ latrocinio vacãt ſꝫ q̇ ꝟtutē cū opib⁹
nobilitatis exercēt imo nobiles q̇ latrociniū exercent
amittūt nobilitatē. l. ij. ī. eo. ti. C. đ digi. li. xij. preterea
nobilior ē nobilˀ gñe et ꝟtute ſilˀ ꝙ̄ ī altero tm̄ Silˀr
nobilˀ gñe ⁊ doctor ꝙ̄ nobilˀ gñe tm̄ qꝛ duplex decus
fulgꝫ ī eo ſcꝫ ꝓpriū ⁊ ſuoꝝ ſꝫm ſali. ī l. furioſi C. đ nup

Et nobilior ſit pater ꝑ filiū Magiſter ꝑ diſcipulum
Preſes ꝓuincie ꝑ ſubiectos ſm glo. i auten. coſtitu.
que de dignita. col. vj.
¶ Quero vj. An nobilitas patris extēdat ad fili=
os natos añ et poſt queſitā nobilitatez Et dic breuiť
ꝙ extēdit ſe ad illos qui nati ſunt poſt nobilitatē que
ſitaz nō aūt añ ar. l. ij. §. In filijs et ibi ꝑ Bar. ff.
de decurio. Poſt em̄ dignitatē ſuſcept⁹ de dignitate
patris gl'iať vt i l. Senator j. e. ti. C. de dignita.
li. xij. Et ſic fili⁹ nat⁹ ex plebeo patre cui⁹ pater po=
ſtea eſt nobilitat⁹ nō eſt nobilis. pit fili⁹ nat⁹ ex ſim
plici nobili cui⁹ pater poſtea creať i baronē vl' comi
tez nō eſt baro vel comes ſed ſimplex nobilis Et hec
faciūt ad ſtatuta que dicūt ꝙ nobilib⁹ delinquētib⁹
pena aggrauať ſm Bar. in dic. l. ij. all.
¶ Quero vij. An ꝑ donacōez nobiliū factā plebeo
querať obligacio ad antidora Et ꝯmuniť teneť ꝙ
nō fa. c. j. cū ibi nota. de donati. Et notata in c.
grandi de ſupplē. negligētie pla. li. vj. Nobilium
em̄ eſt donare vel dare vt ꝑ hoc coꝝ liberalitas appa
reat ſm abb. in dic. c. j. all.
¶ Quero viij. Au Spurij et maxie a patrib⁹ nobi
lib⁹ nati ex quo excludūť a ſucceſſiōe patris poſſint
ſaltē dici de genere agnacōe familia ⁊ domo patris
Et hanc queſtiōez tangūt legiſ. i l. filiū ff. de his q̄
ſunt ſui vel alie iu. et in l. cū legittie ff. de ſtatu ho.
Et ꝑ Bar. in l. ꝓnūciacō ff. de ver. ſig. Canoni=
ſte in c. ꝑ venerabilez qui fi. ſunt legit. Et videť di
cēdū ꝙ tales filij nō ſunt de genere ꝑris Naz gen⁹
exponitur ꝑ agnaciōe vt i l. i. iūc. glo. ff. de ꝓba.
Sed tales filij nō ſunt de agnacōe patris qꝛ non ſe
quūť patrē ſ matrē vt i l. lex nature ff. de ſta. ho.


Ubi vulpianus iuriſcōſultus dicit lex nature hec eſt
vt qui naſciť ſine legittimo mrīmonio matrē ſequi
tur niſi lex ſpecialiter aliud inducat. Et ibi vide bo.
glo. Et multomin⁹ ſunt de agnatione ſm dic. al. iu
ra. nec ſunt de familia pr̄is. dicim⁹ em̄ familiā eē om
niū cognatoꝝ ſed tales filij nō ſequūtur cognationē
pr̄is ſed matris. vt ſ. all. eſt Nec ſunt de domo eoruz
pr̄is qꝛ ille ꝓprie diciť eſſe de domo q̄ eſt de agnatiōe
ſm Bar. in. l. j. ff. ad ſenatuſcoſul. ſil. Et glo. etiā ex=
ponit domū pro familia. vt in. l. cū vnus in pri. ff. de
alimē. et ciba. lega. Et ꝓpter hoc dixit bal. in. l. cū le=
gittime. ff. de ſtatu. homi. ꝙ filij nobiliū baſtardi nō
dicūtur de parētela qꝛ ſordes nō mereňť cōputari in
ter ꝑcipuos ar. l. ſi qua illuſtris. C. ad officia. nec pn̄t
portare arma parentū. ita refert domi. antho: de bu.
in. c. per venerabilē qui ſi ſunt legit. niſi cōſuetudo in
certis regiōibus aliud induceret vt forte eſt in ytalia
que ſequēda eſt vt dicit Bar. in trac. de inſig. et ar. in
ver. Quero qualiter. Et ſic pōt decidi queſtio ſup re
gula cācellarie papalis priuilegiāte natos de nobili
genere vt nō itelligať priuilegiare illegittimos qua
ſi nō ſint de genere nobiliū eſto ꝙ pť eſſet nobilis ⁊c̄
¶ Quero. ix. Quid ſi aliquis nobilis habēs amaſi
am vilem meretricē ex qua ꝓcreat liberos ſeu filios.
poſtea eādez ducit i vxorē an filij ꝑ hmōi mrīmoniū
ſubſequēs legittimētur et nobiliteť. Et aug. i auť. q̄
mo. natu. effi. legit. §. Sed et aliud col. vi. vult dicere
ꝙ huiuſmōi filij hoc caſu nō legittimātur. Aſſignat
rationē qꝛ tale mrīmoniū moribus improbatū eſt. et
ideo nō ſortiť effectū legittimatiōis filioꝝ Et ad hoc
facit tex. ibi Et ſi nō efficiunť legittimi a fortiori iſti

pueri nō erūt nobiles neqȝ nobilitatē acquirūt ꝑ ſe-
quēs cōtractū mrīmoniū dicit nāqȝ tex. ibi notabilit̄
Ea aūt que ſunt mulieris nō erāt oīno ſine peccato
neqȝ dignā eam exiſtimauit legittimo quodaȝ noīe
que etiā ſeipam iniuriauerat ⁊c̄. Sed inquātū dicit
aug. tales filios nō legittimari ꝑ ſequēs mrīmoniū
nō videt̄ bene dicere cōiter doct. i. c. tanta ꝙ filij ſunt
legit. tenēt cōtrariū. Et eſt cōmunior opinio ⁊ verior
Jus etiā canonicū in materia legittimatiōis filiorū
prefert̄ iuri ciuili ſꝫm doct. ī dic. c. ꝓbabile tn̄ eſt ꝙ no
bilitatē pr̄is dicti pueri nō acquirāt qꝛ nō ſunt nati
mrīmonio cōſtante inter patrē nobilem et matrē ig
nobilē quondā vilem meretricem.

¶ Scias circa vltimas motas duas q̄tōes ꝙ naſci
de adulterio vel ex peccatis parentū nō eſt culpa ei⁹
ꝗ naſcit̄ ſed ꝗ generat l vi. di. naſci de adulterio Se-
men eīm homīs ex qualicūqȝ hoīe ſit dei creatura eſt
vt dicit tex. xxxij. q. iiij. c. ſicut ſancti⁹ c̄ et l vi. di. c. dn̄s
nt̄ quare vndecūqȝ naſcūtur hoīes ſi parentū vicia
nō ſequūt̄ et deū recte colāt honeſti et ſalui erunt illi
aūt adulterorū filij ſūt deo abhoīabiles ad quos pt̄
na flagicia hereditaria ſucceſſiōe deſcendunt. l vi. di.
ecomancēſeȝ ⁊. c. nūquā que crimīa interdū ꝑſumūt̄
ire ad filios itēqȝ nō pn̄t ꝓmoueri ad ſacros ordīes
ſine diſpenſatōe de quo ꝑ glo. in re ſel' malus de reg.
in li. vi. Et dicit Jo. an. in addi. ſpe. de filijs preſbite. ꝙ
ei ꝯſtat multos ſacerdotes de ſuis filijs in ſacerdotio
genitis habere ſpem vbertatis diuine gr̄e. Et bono
rū hui⁹ ſpei cōcluſionē ex ſua ꝑſona ſumentes Et ta
liū meritis detrahere nō intendo Necignoro que le
guntur. l vi. di. ꝑ totū. Nec ſum oblitus inquit me vi
diſſe aliq̄s ſic genitos notabilit̄ vīrtuoſos reſpectu tn̄



numeri valde raros coytū tn̄ talē deteſtor. Ex iſtis
ſuis ꝓprijs verbis colligit̄ Jo. an. fuiſſe illegittimuȝ.
Sȝ de ſcia vt clamat tot⁹ mūd⁹ nobiliſſim⁹ fuit qꝛ
totū ius canonicū nobiliter illumīauit.

¶ Quero. x. an valeat ꝯſuetudo vel ſtatutū ꝙ quis
reputet̄ nobilis vel ignobilis ex progenie mr̄na. Et
bar. in. l. exēplo. C. de decurio. li. x. dicit ꝙ nō ꝑ illū tex.
ibi qui dicit exēplo ſenatorij ordinis patris origineȝ
vnuſquiſqȝ ſequit̄ ⁊c̄. Et ibi glo. dicit ꝙ in cōtrariū
cōſuetudo nō excuſat ꝙ Bar. dicit ibi eē mēti tenēdū

¶ Quero. xi. an nobiles faciētes furta vel rapinas
ſeu latrocinia debeāt puniri vili pena ſicut plebei. ſcȝ
ſuſpēſiōe ad furcā vel rotatiōe vl' cōſili Et bar. in. l.
capitaliū. §. ſerui celſi. ff. de penis dicit ibi notādo ꝙ
homīes nobiles ex ꝯſuetudine nō ſuſpēdunt̄ nec pa
ciūtur iſtas penas viles Idē inquit de alijs popula
rib⁹ diuitib⁹ ⁊ honeſtioribus Et ob hoc dicit̄ vulgo
ꝙ pena corꝑalis nobiliū eſt decollatio ſiue decapita-
tio. Ex hys infert̄ ꝙ honeſti diuites plebei ī penis in
ferēdis equiparātur nobilib⁹ Uide etiā ꝙ notat bar
in. l. j. C. de alexan. primati. li. xi. vbi dicit ꝙ meli⁹ eſt
eſſe ciuem nobilis ciuitatis et honorabilis quā eſſe
maiorē ciuē alicui⁹ mediocris ciuitatis. Et hij plus
debēt honorari qꝫ alij ciues magni alteri⁹ ciuitatis
parue. Qualiter aūt nobilitas amittat̄. s̄ in repetici
one bar. l. j. C. de digni. li. xij. ſatis diſꝑſim eſt viſum
Regularit̄ eīm amittit̄ per infamiā de qua in. l. ij. e. ti.
al. et in. l. ſenatoris filia et ibi nota. ff. de ritu. nup.
Cū hijs ſit finis īpoſit⁹ huic ſolatōſo tractatulo bar
de nobilitate q̄ȝ poſuit in repe. l. j. C. de digi. li. xij. Cū
mltis alijs maiorū additiōib⁹ ⁊ ꝑpularis quottidia
nis q̄tōib⁹. de c⁹ fine ſit de⁹ bn̄dict⁹ ī ſecl'a ſecl'oꝝ am̄

c: N :

¶ Incipit Bartolus de inſigniis et armis.

Quadruplicia ſūt inſignia

Orum gracia de inſigniis et armis que qˀs i vexillis ⁊ clipeis portat Videam⁹ p̄rio an hᵒ ſit licitū ⁊ eo caſu q̄ ſit licitū. qualiꝫ ſint pingē da et portāda Circa qd̾ dico ꝙ quedā ſunt inſignia 1 digītatis vel officij que portare pōt quilibꝫ hn̄s illaꝫ dignitatē vel officiū vt īſignia ꝓ cōſularia ⁊ legatoꝝ vt. l. i. ff. de offi. ꝓconſu. et lega. et de re. diui. l. ſanctum Sicut de facto videm⁹ hodie inſignia ep̄oruꝫ et iſta pōt portare q̄libet hn̄s illā dignitatē vt dicūt. ll. alijs aūt portare nō licet ymmo portās īcurrit crimē falſi vt. ff. de fal. l. eos. §. fi. Et ideo puto ꝙ ille q̄ portat īſignia doctorat⁹ cū nō ſit doctor teneaꝫ illa pena. Quedā ſunt īſignia cuiuſlibꝫ ſingularis digītatis vt vi- 2 dem⁹ quilibꝫ rex q̄libet p̄riceps et ceteri nobiles potēciores hn̄t arma et ſua īſignia et iſta nemī alteri licet ferre vel ī reb⁹ ſuis depigere vt. C. d̾ hijs q̄ po. no. l. j. et nota. in auꝫ. de man. p̄ri. §. penult. qd̾ intellige p̄ricipaliꝫ. Sꝫ acceſſorie nō eſt ꝓhibitū vtputa inſignū NB ſubiectionis ſupponere ꝓprijs inſigniis inſignia dn̄i regis vl̾ comitis ⁊ hoc d̾ cōſuetudīe obſ̄uaꝫ Quedā 3 ſunt īſignia ſeu arma ꝓuatorū hoim ſeu nobiliū ſeu populariū. De iſtis quidā repiūꝫ q̄ hn̄t arma et īſignia q̄ portāt ex ꝯceſſiōe imꝑatoris vel alteri⁹ magni dn̄i vt vidi ꝯcedi multis a ſereniſſimo p̄ricipe karolo iiij. roānoꝝ imꝑatore. necnō rege boemie et mihi tūc cōſiliario ei⁹ cōceſſit inꝫ ceꝫa vt ego et ceteri de agnatiōe mea. leonē rubeū cū caudis duab⁹ ī cāpo aureo portarem⁹. ⁊ iſtis licꝫ portare talia īſignia. Nec eſt de hoc dubiū. de principis em̄ poteſtate diſputare ſacrilegiū eſt. vt. C. de cri. ſacrile. l. ij. Ad idem. C. de diuer. reſcrip. l. Sacri. affatus. Si enim ſine iudicis auctoritate ꝓhibetur. ergo cū iudicis auctoritate ꝑmittiꝫ.

Cōtā hunc libellū ſcripſit Laurentius Valla eptaꝫ ad Candidū Decēbrē.



4 ¶ Quidaꝫ aūt arma ſeu inſignia ſibi aſſumūt ꝓp̄a auctoritate Et iſtis an liceat vidēdū eſt et puto ꝙ liceat Sicut em̄ noīa inuēta ſunt ad agnoſcēdū homīes C. de inge. et ma. l. ad cognoſcendos ita eciā iſta inſignia ad hec īuēta ſunt ff. de re. diui. l. ſanctū Sed talia noīa cuilibꝫ licet imponere ſibi ad placitū vt dicta l. ad cognoſcēdos et ff. de fal. l. falſi in prin Ita iſta inſignia cuilibꝫ licet portare et inpigere ī ſuo nō tn̄ ī alieno vt C. vt ne lice. ſine iudi. auct. l. ij. et ibi no ta. ꝑ glo. ¶ Sed Quero vn⁹ portat certa arma vel inſignia Ali⁹ vult portare eadeꝫ An liceat vel ꝓhiberi poſſit Videꝫ ꝙ poſſit portare quia quilibꝫ pōt ſumere nomē alt̄i⁹ vt ff. ad trebellia. l. facta §. Si vero nois et ff. de l̾. ij. l. cū fili⁹ §. pat. Et poſſunt eſſe plures eiuſdē nois vel. duo ſunt ri. cij ff. de teſta. tu. et de le. ij. l. Si quis ſeruum §. Si inter duos Ergo pōt quis ſumere arma aliena et plures eadē inſignia portare vel rebus imponere poſſunt cū vtrūqꝫ fiat ad cognoſcēdū. Cōtrariū videꝫ ff. de reg. iu. l. Id qd̾ nr̄m Si em̄ pri⁹ eſt noſtrū ſine facto nr̄o a nobis auferri nō poteſt Sed hoc nō loquiꝫ em̄ de his quib⁹ plures in ſolidū vti bn̄facie. nō poſſunt al̾s ſec⁹ vt in vſu platee balnei teatri ⁊ ſimiliū l. Si vt certo §. Si duob⁹ vehiculū ff: commo. ꝓ. Signū qd̾ portat ali⁹ nō eſt vnū et idē ymo ſunt diuerſa hn̄cia tn̄ eandē ſilitudinē ¶ Ad deciſionem ergo predictorū premitto ꝙ Signum alienum portare ꝓhibere pōt ille cui⁹ eſt ſignū ſeu petere ꝙ prohibeaꝫ ſi ex hoc ipſi iniurieꝫ. qꝛ forte ille cū vituꝑio portat ſeu tractat C. de epi. audien. l. nemine Et eſt expreſſuꝫ ex̄ de exceſ. prela. c. dilecta al̾s de ꝯceſ. pre

ben. c. dilect⁹ ar. C. de Jude. l Judeos quoſdã Se
cūdo de hoc pōt cõqueri quilibet terci⁹ qui lediť ⁊ ad
ipſi⁹ petitionē ꝓhiberi oportet. C. de hijs qui pe. noīe.
l. i. ⁊ ibi nota. et in auť. de man. prī. §. penul. Tertio iu
dex ex offitio ſuo ſi viderit hoc ad ſcandalū poſſe eſſe
et diſſenſionē ſubditorū, pōt ꝓhibere ar. C. de lati. li.
tol. l. j. §. Sed et qui dn̄i. Ubi circa eos qui pileati in
cedūt. l. iulia ſtatuit ne popul⁹ decipiať, expreſſius ex
de iude. c. in nõnullis Hijs p̄miſſis ī queſtiõe p̄miſſa
diſtigue ꝙ ſi vn⁹ aſſumit arma que ali⁹ portauit ab
antiquo ⁊ illi⁹ nõ intereſt nec ex hoc veriſilr ledi pōt
exm̄ vn⁹ teutunic⁹ tp̄e īdulgēciaꝝ iuit romã vbi re
perit quēdã ytalicū portantē arma antiquorū ſuoꝝ
⁊ inſignia volebat de hoc cõqueri certe nõ poterat. tã
ta em̄ eſt diſtãcia inter vtrūqꝫ locū ſiue domicilium ꝙ
ex hoc ille prim⁹ ledi nõ pōt. Et in hijs in quib⁹ qua
dam publica facultate quis occupat ſibi vſum. nõ li
cet cõqueri niſi ex magna cauſa. vt. ff. ne quid in flu.
publico. l. i. §. que ſunt aūt qui putãt. qn̄qꝫ pōt cōtin
gere ꝙ alteri⁹ pōt multū intereſſe. Quid em̄ ſi odijs
plenus cui⁹ vite multi inſidiantꝛ aſſumat arma et ī
ſignia homīs quieti et pacifici certe illi⁹ intereſt et po
terit facere eum ꝓhiberi ſi vitup̄o ſe portet. vt dictum
eſt multo forci⁹ pōt peti ꝓhibitio ne ex hoc ꝓpter vni
onē armorū ali⁹ ꝓ alio occidať vel ei iniurieť Jdē
ſi ex hoc pudor primi aliquo mõ ledať. ar. dicte. l. mi
me. et. l. iudeos. Et per officiū iudicis ad quē ſpectat
q̇es popularis. vt. ff. ď offi. p̄fec. vr. l. i. §. quies. Qn̄qꝫ
pōt cõtingere ꝙ multorū de poplo intereſt. ponam⁹
exm̄ ī alijs īſignijs ꝗꝫ in hijs que portat ꝓ armis. po
ne quēdã fabrū doctiſſimū q̇ in gladijs et ī alijs opi
bus ſuis facit certa ſigna. ex quib⁹ op⁹ mgr̄i eſſe cog
noſciť ⁊ ꝑ hoc tales merces meli⁹ venduntꝛ ⁊ auidi⁹
emūtur Tūc puto ꝙ ſi aliq̇s faceret tale ſignū poſſꝫ



ꝓhiberi qꝛ ex hoc ꝓpl'us ledereť. accip̄eť em̄ op⁹ vni⁹
ꝓ op̄e alteri⁹ ar. l. j. C. de lati. li. tol. et de iude. c. in nõ
nullis. Et eadē ratiõe dico ī illis ſignis quib⁹ vtunť
notarij. vt C. ď aſſeſ. l. nemo. §. nec callidis. et in auť.
de inſtru. cau. §. Sꝫ īſtrumēta et. §. op̄tꝫ. et qď ibi nõ
Ubi ſi aliquis ſignū alteri⁹ accipetet poſſet ꝓhiberi.
Jdē in ſignis quib⁹ vtunť fabricatores cartarū de
pappiro. et ſilib⁹ ꝑ eandē rationē. Et hoc ſilr expe=
dieť iudicis offitio vt dictū eſt. Sꝫ ſꝫm hoc quero q̇d
releuat habere iſta arma ex cõceſſiõe pricipis R̄ūdeo
multū. qꝛ ē maioris nobilitatis ſic dicim⁹ in teſtamē
to facto corã pricipe. C. ď teſta. l. oim. Scd̄o qꝛ nõ pn̄t
ab alio ꝓhiberi illa portari. Tertio quia ſi duo aſ=
ſumpſerūt eadē arma ſeu eadē inſignia nec de priori
tate nec de poſterioritate app̄et. p̄ferť ille q̇ a principe
habuit. l. ſi duas. ff. ď execu. tu. Quarto qꝛ ſi eēt in ex=
ercitu vl' alio loco ⁊ quereretꝛ q̇s dēret p̄cedere dn̄t p̄
ferri illi⁹ arma que a principe ſunt ꝯceſſa. ff. de albo.
ſcriben. l. ſi. et C. ď cõſul. l. i. li. xij. et ex de ma. et obe. c. ꝑ
tuae. et ar. l. ſi duas ff. de execu. tu. Et p̄dicta ītelligo
ceteris parib⁹ ſcꝫ ꝙ al's illi q̇ hn̄t arma ſint equal' di
gnitatis. al's p̄cederēt arma illi⁹ q̇ eēt in maiori dig
nitate. ar. ff. ď albo. ſcri. l. i. et C. ď ꝯſul. l. i. li. xij. Quero
q̄liť iſta arma vel īſignia trãſeãt ī ſucceſſorē. rn̄deo
q̄dã ſunt īſignia vni⁹ dom⁹ vel agnatõis. ⁊ iſta trã
ſeãt in oēs de illa agnatõe deſcēdētes ſiue ſint heredeſ
prīs vl' aui eoꝝ ſiue nõ ar. ff. ď religi. l. failiaria et l. ſe
nec ꝑ diuiſiõꝫ pn̄t aſſigãri vni ff. ď reli. l. ſi q̇s ſepulcꝝ
Ad cogãtos xo l' affines nõ ꝑtinꝫ vt C. ď reli. l. ius
familiariū. et ex hoc poſſꝫ queri an baſtardi l' ſpurij
poſſent vti iſtis īſignijs Et videť ꝙ nõ īſuīt de fami
lia vel agnatiõe. vt. l. ꝓnūciatio. ff. de verbo. ſignifi

de ſigno ſocietatum

Contrariū tñ obſeruat in tuſcia de cōſuetudine cui
ſtandū eſt Quādo tñ multiplicāt hij qui portāt tlia
inſignia vel arma . ꝯſuetū eſt p aliquos aliqđ appo
ni vltra vt ab alijs dinoſcant et diſcernāt qđ licet
ſicut nomi addit ꝑnomē ❡ Quedā vero ſunt inſi=
gnia alicui⁹ ſocietatis aliquoꝝ negociatorum et hec
cū ſocietas ad heredē nō tranſeat nō eſt đ his tractā
dū Sed apud quē remanebit ſignū ſocietate diuiſa
Quod eñ oēs vtant eo ſigno nō eſt equū vt dictū ē
Reſpondeo ſiquidē erat vn⁹ in ſocietate qui erat ca
pitane⁹ et quaſi mgr ſocietatis Sicut đr in ſil'i ff de
le.n.l.peculiū §.j.tūc apud eū debet remanere ſi=
gnū quia ipſe erat inter ceteros maioris honoris ar.
ff.de fun.inſtru.l.fi.Si vero hic nō erit tūc apđ
eū remanebit qui erat ſoci⁹ maioris quātitatis vt ff.
fa.hercil.l.ſi que cautōes ❡ Quid ſi oēs ſunt eq
les tūc ſorte dirimēdū eſt vt dicta l.Si que cautōes
puto tñ ꝙ ſi diſſoluta ſocietate remanet vn⁹ negocia
tor Alij nō ꝙ apud eū qui remanet negociator debet
remanere ſignū Hui⁹ eſt racō quia aliorū nō intereſt
Itē quia ꝗuis diſſoluta eſt ſocietas tñ negociacō re
manet penes illuz vnū ergo iniquū eſt ꝙ ſignuz qđ
erat negociacōni acceſſoriū ſeparet ab eo ar.C.coia
vtri.iu.l.poſſeſſionū ❡ Quedā vero ſunt ſigā ar=
tificij cuiuſdaz ſeu pericie Et hic aduertēduz Qñqz
ſunt ſigna quedā artificij ī quib⁹ principaliter opat
qualitas loci Exemplū ī Marchia Anchonitana ē
quedā nobile caſtrū cui⁹ nomē eſt fabanū vbi arti
ficiū faciēdi cartas de papiro principalit viget Ibi=
qz ſunt edificia multa ad hoc.et ex quibuſdā edifi=
cijs maiores carte ꝓueniūt licet eciā ibi faciat multū
bonitas opantis Et vt videmus hic qđlibet folium



carte habet ſuū ſignū per qđ ſignificat cui⁹ edificij
ſit carta.dic ergo ꝙ iſto caſu ꝙ apud illū remanebit
ſignū apud quē remanebit edificiū ipm in quo fit ſi
ue iure ꝓprietatis ſiue iure cōductiōis.ſiue ꝗuis alio
titulo ſiue in totū ſiue ꝑ parte.ſine ī mala fide rema
neat toto tpe.quo teneat nō pōt ꝓhiberi vti ſigno ſi
cut in ceteris iurib⁹ realibus ar.ff.de ſerui.ruſ.pre.l.
via.conſtitui.§.fi.et ff.ſi ſerui ven.l.ij.§.fi.et.l.ſe.et.ff.
quemad.ſerui.amit.l.vſu et.l.ſe .Et idem in con=
ductore taliū edifitiorū ar.ff.loca.l.ſed addes §.illud
⁊.l.videamus et.§.item ꝓſpicere.Quedā vero ſunt ī
ſignia artificū in q̊ pricipalit bonitas artificis opa
tur vt videm⁹ in ſignis que apponūtur in ſpatis et
gladijs et alijs opibus metallorū Et iſto caſu omēs
q̇ ſtant in vna ſtatiōe poſſūt vti iſto ſigno q̄ſi mgr
principalis illius ſtatiōis approbet illa opa vt ī aut.
de tabel§.no ſaūt.et nota in glo.que incipit Hoc eg
erit in fi.glo.Si vero ſepent tūc ſignū debz reman e
re apud ipm q̇ principalit erat in ſtatiōe.ar.ff.de fū.
inſtru.l.fi.⁊.ſ dixi Sz ſi forte omēs erāt equales tūc
inuicē cōueniāt et apud quē remaneat illud ſignum
ſorte dirimet vt dic.l.ſi que cautiōes.ff.fami.hercil.
❡ Secūdo principalit eſſet videndū qualit iſta ar=
ma ſeu inſignia ſunt depingēda inſigēda et portan
da.Ad qđ ſciendū ꝙ qñqz portātur in vexillis ⁊ vex
iculis.qūqz in veſtib⁹ hoim.qñqz in clippeis qñqz in
coopertis lectorū et in ſil'ibus locis ſtabilibus Circa
quodlibz predictorū aliqua videam⁹.Ubi ſciendū ē
ꝙ iſta inſignia qñqz ſumūtur ex aliqua re exiſtēti vt
multi aſſumūt aliqđ aial vel caſtrū vel mōtē vl' ali
qđ ꝯſimile Qñqz iſta īſignia nō ſumūtur ab aliqua



Quomō pingenda ⁊ por=
tanda arma ⁊

re exiſtēte Sꝫ ſunt ſigna ſimplicia .ſ. variatiōis quo
rūdā coloꝝ vel ꝑ dimidia vel quarterca. vel per ali
ꝗs liſtas rectas trāſuerſas vl' ſil'es. Q̄nqꝫ mixtim ex
vtroqꝫ. Hꝭs p̄miſſis videamꝰ qualiter portent' in ve
xillis illa ſigna que ſignant aliquā rē p̄exiſtentē Ad
qꝺ dico ꝙ ars imitat' naturā inquantū pōt. Vn̄ iſta
inſignia dn̄t eſſe ſꝫm naturā rei quā figurant et nō
aliter ar. l. ſi ꝑſa. in ſi. et. l. ſe. ff. de adop. ⁊. ff. de ſta. ho.
l. nō ſunt liberi. De natura ꝟo vexilli cum portat' in
haſta ſꝫm illū vſum ad quē vexillū deſtinat'. haſta
p̄cedit ⁊ vexillū ſequit'. Vn̄ qꝺcunqꝫ aīal qꝺ debꝫ de
ſignari i vexillo facies eiꝰ debet reſpicere haſtā. cū de
natura facici ſit ān̄cedere. Idem ⁊ in omī re ⁊ figura
que hꝫ partes que denotant' vel denoīant' ꝑ ante et
poſt vt i precedēti exēplo dictū eſt. Tunc em̄ ſemꝑ an
terior pars rei debet eē verſus haſtā. al's aīal vide=
ret' retrocedere tanꝗ̄ monſtrū Sꝫ ſi alicuiꝰ rei pars
anterior ſolum habet' ꝑ armis vt ſunt ꝗdam qui' fa
ciē arietis vl' bouis ꝑ ſuis inſignijs portant tunc nō
p̄t pars anterior reſpicere haſtā ſed a latere reſpiciat
Sꝫ dubitat' qualiter dicta aīalia debeāt deſignari.
vtrū quaſi ſtet erecta an quaſi ꝑ terrā plane ambu
lēt. vel quō. Reſpōdeo dicta aīalia dn̄t deſignari de
nobiliori actu eoꝝ. et etiā quo magis ſuū vigorē oſtē
dunt. vt. ff. de ſta. ho. l. queritur. et. ff. de acqui. re. do. l.
quicꝗ̄. §. cū partes Sic etiā ab antiquo vſitatū eē
videmꝰ ꝙ princeps i maieſtate ⁊ pōtifex i pōtificali=
bus deſignāt' ⁊ depingunt'. Nūc ad ꝓpoſitū dico ꝙ
quedā aīalia ſunt quoꝝ natura fera ē. vt. ff. ꝺ poſtli.
l. j. §. beſtias Et iſta dn̄t deſigāri i actu feroci. vt leo
vrſus et ſilia. Figurat' ergo leo erectꝰ eleuatus mor
dax dēe. et radēs pedibus et idem in ſil'ibus aīalibꝰ



In hoc em̄ actu magis vigorē ſuū oſtēdunt: quedā
ſunt aīalia nō ferocia. et in hꝭs inſpici debet nobilior
eoꝝ actꝰ diuerſimode. Vn̄ ſi quis equū ꝑ ſuis armis
portaret nō debet eū deſignare erectū ⁊ eleuatū hoc
em̄ viciū eſſet i equo ideo deberet eū deſignare erec
tum et eleuatū ꝑte anteriori aliꝗliter. quaſi equꝰ ſa
liēs. In hoc em̄ actu magis eiꝰ vigor oſtēdit'. Sꝫ ſi
ꝗs ꝑ ſuis armis agnū portaret tūc eū deſignare debꝫ
quaſi plane ambulantē per terram. In eo em̄ actu
maxime eius vigor oſtenditur de ꝯſil'ibꝰ et omibus
alꝭs aīalibꝰ ſimilia dicēda ſunt. ¶ Circa pedes eti
am aduertendum eſt. ꝙ ſemper pes qui antecedit ſit
pes dexter. qꝛ pars dextera ē pricipiū motꝰ al's ꝯcaret
talē figurā leuā eſſe qꝺ viciū eſſet. vt. ff. de edili. edic.
l. qui clauū. §. item ſciendū. Sic hic erat dubiū qꝺ ſi
in vna parte vexilli figuret' tanꝗ̄ pes dexter p̄cedat
ab alia parte videbit' precedere pes ſiniſter. Hec autē
incōgruitas magis euidēter apparet in hꝭs ꝗ ꝑ ſuis
armis aliquā lrāꝫ vel lrās portant. Nam ab vna ꝑ
te ſunt littere recte. ab alia parte ꝯmuniter nō eſt for
ma litteraꝝ ꝙ apparet ſi quis lrās ſcriptas a latere
cōuerſo reſpiciat. Sꝫ dicendū ꝙ ſicut in litteris inſpi
citur illa pars que ſcribentē reſpicit nō pars cōuerſa
ita in vexillo inſpicit' pars que reſpicit portantē nō
aliū. qꝺ em̄ ex alia parte eſt nō ex principali ꝓpoſito
contingit ſed per accidens. Sicut ſi quis ſeipſum in
ſpeculo inſpicit. qꝺ enim in ſe dextrū eſt in ſpeculo ſi
niſtrū apparebit. Et predicta vera in vexillis ⁊ vexi
culis que portantur in haſta cuius natura eſt vt ele
uata portet' et erecta. vt. ff. de ſerui. ruſ. predi. l. ꝗ ſella
in principi. Sed ſi loquimur in vexillis et vexiculis

que portãtur in tubis quarũ natũra ꝓpria eſt vt ad
os tubatorũ poſite quaſi ꝑ planũ gerentes appoſitũ
tũc facies rei vel deſignate pars anterior nõ debȝ in
ſpicere tubam ſicut haſtã. Nõ eñ tuba eſt pars ante
rior ſed ſuꝑior et ſic debet aſpicere partẽ anteriorẽ illi
us vexilli tube plane iacẽtis portãti et predicta vera
in dubio qñ de ꝓprietate armorũ et qd inſpiciãt trac
tãt. Sed quid ſi portẽtur duo aĩalia ſeinuicẽ inſpici
encia vel reſpiciẽcia aliquid tũc nõ eſt locus predicte
inueſtigatiõi. qꝛ ĩ incertis nõ cert⁹ locus ẽ cõiecturis
l. cõtinu⁹ §. cũ ita de verbo. ob. et nota in. l. tres denũc
ciatiões. C. quõ et quãdo. iu. ¶ Circa ſecũdũ vero qñ
arma ſũt quedã ſigna ſimplicia et varietates quorũ
dã colorũ Tũc aduertendũ eſt qualit̃ debeãt portari
Et p̃mitto ꝙ nobilior color debet p̃ferri ⁊ in nobilio
ri loco poni. C. ꝺ offi. p̃fec. vr. l. i. Et de offi. rec. puin.
l. potiores et de cõſul. l. ĵ. li. xij. Itẽ premitto ꝙ locus
prior et ſuꝑior eſt nobilior poſteriore et inferiore vt dic
ll. ⁊ ff. de albo. ſcri. l. ĵ. Hoc premiſſo dico ꝙ arma va
riãt̃ qñqȝ ꝑ mediũ vt qꝛ quis portet banderias duoꝝ
coloꝝ tunc aut diuidunt̃ ꝑ medium ante et poſt Et
iſtis caſib⁹ indubio color nobilior debet eſſe, ſ̃. ſcȝ. in
ea parte que reſpicit celũ. vel ante ideſt ĩ ea parte que
reſpicit haſtã Si vero variantur ꝑ quarterea ſic no
bilior color dȝ eẽ ĩ quarterio ſuꝑiori et anteriori ꝓpe
haſtã Si vero variat̃ ꝑ liſtas directas tũc liſta co=
loris nobilioris dȝ eſſe ꝓpe haſtã Si vero variat̃ ꝑ
liſtas trãſuerſales tũc liſta nobilior coloris debȝ eſſe
verſus celũ. Si vero liſte vel banderie ſint pendẽtes
tũc cũ haſta hȝ ſe tanq̃ pars prior in bãderia Ideo
pars magis eleuata dȝ reſpicere haſtã. Iſta oĩa pro
bant̃ ex p̃ſuppoſitis. Sȝ ſi dubitat̃ quis color ſit no

de inſigniis q̃ [...] coloribꝫ ⁊ lineis variant̃



bilior tũc aduertẽdũ eſt ꝙ color vn⁹ ẽ nobilior altero
reſpectu ei⁹ qꝺ repñtat ẜm ſe. Primo color aureus ẽ
nobilior. ꝑ eum eñ repñtat̃ lux Si q̃s eñ vellet figu
rare radios ſolis. qꝺ ẽ corpus magis lumĩoſum hoc
nõ poſſit cõgruẽcius facere q̃ꝫ ꝑ radios aureos. Con
ſtat autẽ ꝙ nil luce nobilius et certẽ nihil. C. de ſum.
tri. ⁊ fi. c. Ep̃la int̃ claras ĩ pri. ibi nihil ẽ ꝙ lumĩe cla
rior ⁊c̃. et C. ne ſi. p pa. autẽ. habita. Ibi tot⁹ mũd⁹
illumĩat̃ Et ideo ĩ ſacra pagina ꝓ re maxime excel
lẽcie figurat̃. vt ibi Fulgebũt iuſti ſic̃ ſol math. xiij.
c. Et ꝓpter hui⁹ nobilitatẽ nulli licet portare veſtes
aureas niſi principi. C. de veſti. olob. et aura. l. ĵ. et. l
ij. li. xi. Sequẽs color nobilis ẽ color purpure⁹ ſeu ru
beus q̇ figurat ignẽ qui ẽ ſuꝑ alia elemẽta et nobili⁹
elementũ eſt et corp⁹ poſt ſolẽ ſecũdario lumĩoſũ. et
ꝓpter ei⁹ nobilitatẽ nulli licȝ portare veſtes cõtextas
dicto colore. vt C. de veſti. olob. l. ij. ⁊. iiij. et. v. li. xi. Et ĩ
dict. legib⁹ exprimit̃ dictũ colorẽ eſſe nobiliorẽ alijs.
Sequẽs ẽ poſt p̃dictos ꝯ color ẽ ethere⁹ ꝑ eũ eñ ſig
nificat̃ nobilis aer qui ẽ corp⁹ trãſparẽs et dyapho
nũ et maxĩe receptiuũ lucis et ẽ elementũ ſequẽs poſt
ignẽ nobilius alijs. Vñ predicti colores ꝓpter id qꝺ
repñtant dicunt̃ nobiliores. Qualit̃ autẽ colores di
cunt̃ nobiliores ẜm ſe. Dico ſicut lux ẽ nobiliſſima
ſic ei⁹ cõtrarium vt tenebre ſunt viliſſime. ſic ĩ colori=
b⁹ ẜm ſe color albus ẽ nobilior qꝛ magis appinquat
luci Color niger ẽ infimus qꝛ magis appinquat tene
bris. Colores aũt medij ſunt nobiliores et min⁹ nobi
les ẜm qꝺ plus ⁊ min⁹ appinquãt albedini vl̃ nigre
dini. Iſtud videt̃ dictũ ariſtotilis ĩ li. de ſenſu ⁊ ſenſa
to. Dixi ꝙ qñqȝ iſta arma portant̃ ſuꝑ veſtib⁹ hoim

De digniori colore

De inſignijs in veſtib9

tūc iſtud qđ in armis hȝ ſe vt pars ſupior dȝ eſſe ver
ſus caput hoīs. qđ vero hȝ ſe vt īferior verſus pedes
Itē in eo ꝙ depingit᷑ in anteriori pte hoīs vt ī pecto
re. pars nobilior ī armis dȝ reſpicere lat⁹ dextrū. Eſt
eñ illa nobilior ps et principiū motuū vt ī precedēti
h⁹ dictū ē. De eo vo qđ depingit᷑ a pte poſteriori ho
minis pōt dubitari. Pro cui⁹ declaratōe pmitto illā
qōnē q̄ fuit iter iudeos ⁊ me. dū ebraycū addiſcebā
Dicebāt. n. ꝙ mos ſcribēdi noſter nō erat rōnabilis
Incipim⁹ eñ a latere ſiniſtro ⁊ trahim⁹ lrāȝ ad lat⁹
dextrū et illud qđ dȝ eē principiuȝ motus ē termin⁹
et illud qđ dȝ eē termin⁹ eſt principiū. Ac mod⁹ ſcri=
bēdi eoꝝ ē rōnabilis q2 incipiūt a latere dextro ⁊ va
dūt vſus ſiniſtrū Ad qđ tollēduȝ dicebā ꝙ aliqđ rō
nabiliter dȝ fieri reſpectu finis ad quē ordinat᷑ Ideo
finis dicit᷑ prim⁹ ītellect⁹ ⁊ pma ītētio opantis et hec
naturalit ſunt vā. et pbant᷑ p leges Nā ſi finis ītel
lect⁹ opantis ſit rōnabilis. etiaȝ ſi poſtea nō ſequat᷑
effect⁹ dicit᷑ rōnabilit᷑ opari. ff. de nego. ge. l. ſed an.
vltro. §. j. cū ſi. Sȝ ſcriptura pdicta fit vt legat᷑. legi
autē eſt oculis inſpici. ff. de hijs que inteſ. dele. l. j. §. j.
ſic legi etiā eſt p viſum. videre aūt ē pati. vt phi dicūt
Scriptura aūt repſentata ī oculis nrīs agit ī oclos
noſtros. Oculi aūt pati dicunt᷑ ꝙ ptȝ. q2 ex hoc ledūt᷑
Cum ergo ſcriptura agat ī oculos debȝ iſta actio in
cipi a latere dextro ipſi⁹ ſcripture. q2 illud lat⁹ eſt pri
piū mot⁹ ſeu actiōis. ſȝ lat⁹ dextrū ſcripture que nos
reſpicit reſpectu lateris nrī ſiniſtrū ē. Sicut ſi homo
voluat vultū ſuū vſus meū directo latus ei⁹ dextrū
reſpectu mei ē ſiniſtrū Et ſic ptȝ ꝙ nos ī ſcribēdo ma
gis rōnabilit᷑ opamur. Inſpicim⁹ eñ finē ſicut a la
tere dextro. ſcriptura ī oībus īcipiat opari ſm modū

An hebrei rōnabilius q̄ nos ſcribant an e contra



NB

iudeoꝝ īcipit a latere ſiniſtro Ad ꝓpoſitā qōnē qua
liter arma debeant pingi rōnabiliter a pte poſteriori
ſup veſte hoīs. dico ꝙ illa pars armoꝝ que ſe hȝ vt
anterior vel nobilior debet eē verſus lat⁹ ſiniſtrū ho
minis portātis. Rō q2 illi⁹ arma ſic ſūt vt ali⁹ inſpici
ens recte illa videat. Sed finge vnū hominē habere
vnaȝ faciē retro ꝓculdubio latus qđ erat ſiniſtrū ex
pte poſteriori erit dextrū. Sȝ pone aliquē volētē ſcri
bere latine ī ſpatulis ei⁹ abſqȝ dubio incipiet in pte ſi
niſtra. qm̄ illo reſpectu lrē erūt ad dexterā partē. vt ſ
eſt oſtēſum. Ex hijs etiā ptȝ ꝙ lrē et arma dēnt incidi
ī ſigillis p cōuerſum qm̄ id fit ad finē īprimēdi in ce
rā vel aliā materiā et ſic erit rectū ⁊ ſic inſpicere de=
bem⁹ finē ad quē fit nō illud qđ fit. Si vero incide=
ret᷑ in aliqua re nō ad ſigillandū ſed vt ſic eēt tūc dȝ
incidi directe. Qn̄qȝ dicta arma depingunt᷑ in cli=
peis tūc ſilit᷑ ps clipei que ſm naturā portandi reſpi
cit latus dexterū. Illa eñ aſſumit᷑ vt potior. vt patȝ
ex hijs que dicta ſunt Qn̄qȝ portant᷑ et depingunt᷑
ī coopertis equoꝝ et tūc ſiue a pte dextra ſiue a parte
ſiniſtra dȝ reſpicere pars nobilior caput equi. Mon
ſtruoſum eñ eſſet ꝙ vn⁹ caput equi reſpiceret et ali⁹
caudā. hoc eñ ꝙ nulli liceret magis accederet et cuȝ
deberet ſtare ī frōte vel in groppa tunc latus dextrū
reſpiceret ſm ea que dicta ſunt Qn̄qȝ depingunt᷑ in
coopertis lectoꝝ et ſimiliū et tūc dȝ inſpici ea res in q̄
dȝ pingi cū ſtat in ſuo ꝓprio eſſe. Sūt eñ in coopertis
lectorū quedā ptes que ſunt circa lectū. Quedā vero
que plane iacēt ſup lectū Et ī parte iacēti forma pin
gēdi ſumit᷑ a forma hoīs iacētis ī lecto In pte vero
pendēti ī lecto aſſumat᷑ forma hoīs recte ſtātis. qn̄qȝ

de inſculptōe ſigillorum

de clypeis

de phaleris

de lectiſternijs

figurant̄ vel pingunt̄ in parietib⁹ vel aliꝭ ſtabili=
bus locis. et tūc ſiquidē locus vbi pingit̄ h; ſe vt pa
ries. cōſideratur paries vt faciē ſuā voluat ꝯſus nos
⁊ ſic latus dexterū pictis q̄s cognoſcet ⁊ ſic facies ꝑs
nobilior armoꝝ voluat̄ verſus partē dexterā. ꝑdicta
ꝯa niſi ex cā alit̄ fieret. Quid.n.ſi ī medio vni⁹ pictis
depingat̄ ſtatua prīcipis vel alteri⁹ excellētis. vel for
te arma regia. tūc alia arma que ſub vtraq; ꝑte de=
pingunt̄ debēt illā ſtatuā vel ſtatue arma inſpicere
Nam ſi ſtatua a dextris vel ſiniſtris voluat̄ ad ſilī
tudinē hoīm circū circa dn̄m exiſtenciu;. hoīes em̄ ſe
voluūt ꝯſus eam. S; ſi locus vbi pingit̄ h; ſe vt ce
lum velut camera vel aula tūc ex dictis ī p̄cedētib⁹
cognoſcēdū ē vbi dicit̄ eē caput aule vel vbi caput
camere. Poſtea finge hominē iacētē et vultū verſus
nos voluentē. ex quo cōſidera dextrā partē ⁊ ſiniſtrā
et ſic modū depingendi et ingreſſum. vt ex p̄cedētib⁹
pat;. Si aūt locus vbi depingit̄ habet ſe vt ſolū ſeu
terra tūc eodē mō cōſidera caput et pedē. finge hoīe;
iacentē ibi et voluentē vultū verſus nos ⁊ cognoſ=
ces dextera; ſiue ſiniſtrā. Ex quo modū rationabilē
depingēdi inuenies. Vnū tamen ſcias ꝙ licet q̄s ar
ma ⁊ inſignia ſua poſſet ī terra ſculpere vel depinge
re tamē arma alicui⁹ dn̄i ſui vel maioris nō licet in
terra ſculpere vel pingere. vt ar. C. ne lice. ſign. ſalua
xpi humo. vl ſil. vel marmo ſculpe vel depinge in ru
bro et nigro. Et tantū de iſto tractatu ꝛc̄.

Hunc tractatū de inſignijs ⁊ armis editū a dn̄o
Bartolo de ſaxoferrato publicauit poſt morte; dicti
dn̄i bar. nicola⁹ allexādri legū doctor generq; ſu⁹ ꝛc̄

Incipit tractatꝰ de Falcone dñi bar. legū doctoris

Omes Guido de blancardo cū iuiſſet venatū
amiſit falconē Quidā ruſticus cepit eū cū ſo
nalijs et iectis. et ipm captū poſuit ſub bācali
dando ei becare panē caſeū et rapas. Deinde occaſi
one mali cibi falco eſt interemptꝰ. Ex parte comitis
ꝓponit᷑ actio in factū ꝯtra ruſticū qui falconi p̃buit
cauſam mortis. Et videt᷑ primo ꝙ ruſticꝰ debeat in
extimatiōe falconis cōdemnari ad ſil̄itudinē mulie
ris que marito dedit poculū amatoriū ad bibendū.
vt. ff. de penis. l. ſi ꝗs aliꝗd. §. qui abhortōnis Sicut
medico imputat᷑ qui ſecuit impite. vt. ff. de offi. preſi.
l. illicitas. §. ſicut medico. ff. ad. l. aqui. l. idem iuris in
principi. ⁊ l. item obſtetrix. §. ij. Ita eſt iſti ruſtico in
preſenti caſu hoc imputandū. preterea tanꝗ̃ fur et
predo debet iſte ruſticꝰ teneri qꝛ ſciebat ⁊ ſcire poterat
cū eū cū iectis ⁊ ſonalijs īueniſſet ꝙ nō erat iactatꝰ
nec habitus pro derelicto argumē. ff. de fur. l. falſus
in. §. ſi iactuȝ ⁊ C. vnde vi. l. Cum querebat᷑ Nec pōt
ruſticus ignoranciā allegare ꝙ dicat falconē i natu
ralē libertatē ꝑueniſſe cū a natura falcones nō naſ
cant᷑ cū iectis ⁊ ſonalijs. Sicut per cōtrariū nō pōt
ſtupratiōis libido ab alijs incuſari ꝗ ſtuprauit virgi
nē inductā veſte meretricali. ff. de iniur. l. iteȝ apud la
beonē. §. ſi ꝗs virgines. C. de epi. audiē. nime. et. l. ſed
ſi accepto. ff. de iure fiſ. quēadmodū nō pōt cōueniri
cauſa iniuriaꝝ qui clericū ſine tonſura incedentē ꝑ
cuſſit vt tanꝗ̃ ꝑcuſſor clerici puniat᷑ Sȝ punit᷑ ac ſi
quendā laicū ꝑcuſſiſſet. C. de epi. et cle. l. ſi qua ꝑ calū
niā. ymmo nullus pōt iſtū ruſticuȝ excuſare. cū ipm
falconē volantē cū iectis ⁊ ſonalijs eē credere debuit



fugitiuū. vnde vel ip̄m capere nō debuit vel ip̄m captum in publicū portare debuit. Sicut in eo qui alienum ſeruū receperit fugitiuū Et in eo qui rē inuenit alienā Ad hoc em̄ vt nō videat rē alienam ꝯtractaſſe debet eam i publicū cōſignare. ⁊ libellos de eo publice dare et iſta ꝓbant. ff. de ſer. fugi. l. j. et. l. fugitiui. et. ff. de fur. l. falſus. §. q alienū i ſi. Ad hoc accedit de eo q pecudes alienas incluſit ⁊ ſame necauit q tenet eaſdē mortuas dn̄o emēdare. vt. ff. vi. bo. rap. l. ij. §. ſi publicanus et. C. ad. l. aqui. l. de pecorib⁹. ff. ad. l. aqui. l. quē admodū. §. ſi qd mgrat⁹ et. l. quint⁹ muci⁹. i fi. Inſup cū ruſticus optet ea que eū habere nō licet. qr aurū optare ruſtici nō p̄nt. ſed qđ ꝑcipit ex ſua terra Sic nō debuit ruſtic⁹ p̄dict⁹ falconē optare nec etiā occupare ar. C. de agri. ⁊ cen. li. xi. l. dn̄i predioꝝ nec excuſat ruſtic⁹ eo ꝙ dicit dn̄m falconis incognitū habuiſſe. Sic nec excuſat receptor illiriciani eo ꝙ dicat ſe colonū illiricianū mīme cognouiſſe. imo hoc ipſo punit qui ſe ſeruū incognitū fatet tenuiſſe. C. đ colo illiri. l. j. l. xi. Quid plura i. l. aqlia culpa leuiſſima venit Sz iſte ruſticus nedū in leui culpa ſed ī lata culpa fuit dando falconi carnes ſalſas ad comedendū vn̄ per inde debet teneri ac ſi cū ꝓprijs manibus occidiſſet vel ſtrangulaſſet. qr culpa ē ſe īmittere rei ad ſe nō ꝑtinēti. et iſta ꝓbant. ff. ad. l. aqui. l. in lege aqlia. et. ff. de libe. agnoſ. l. necare. et. ff. de re. iur. l. culpa. Nil em̄ intereſt an quis occidit vel cauſam mortis p̄beat vt. ff. de ſicca. l. nihil intereſt. et. ff. ad. l. aqui. l. itē mela §. ſi ali⁹. In ꝯtrariū videt ꝙ ruſticus ſit oīno abſoluēd⁹. ymo ꝙ magis ē videt poſſe petere expēſas qs fecit a dn̄o falconis ꝓ ipſo falcone. ſicut repetit ille q in inſulam ruentē fulſit. et ſeruū egrū curauit licz ſit



ſeruus mortu⁹ in inſula exuſta vt. ff. de neg. geſ. l. ſed an vltro. §. i. Neqz debet ruſtico ſuū officiū eē dampnoſum. vt. ff. de fur. l. ſi ſeru⁹ §. qđ vero. ⁊. ff. ex qui ca. ma. l. cum miles. Item videtur ipſum ruſticum excuſare ſua ſimplicitas ſicut alibi excuſat i ius vocatiōe et i mala edita actiōe In teſtamēti cōfectōe ⁊ in facta bonorū dilatiōe et iſta ꝓbāt. ff. de iur. om. iudi. l. ſi quis id. §. doli. et. ff. ſi quis in ius vo no. ie. l. ij. §. ſi. et C. de teſta. l. ſi. in prin. ⁊ in fi. Credidit em̄ ruſtic⁹ falconē in naturalē laſciuiā deueniſſe cū a nemīe ꝓſequeret ⁊ in hoc licite credidit eū poſſe occupare. ar. ff. đ ac. re. do. l. natalē i pri. et iſti. đ re. diui. §. fere Adhibuit em̄ ruſtic⁹ talē diligēciā in falcone qualē adhibuit in ſeip̄o. dando comedere ei de eo qđ ipſe comedit eſtimās ſe dn̄iū falconis acqſiuiſſe Ideo falcone mortuo nō tenet ar. ff. de peti. here. l. ſi quid poſſeſſor §. qđ aūt et. l. ſed vtrum et. C. manda. l. in re mandata. In iſta queſtione pronūciauit elegans et vrbanus dominus vber de bon. corſto. ſupradictuz ruſticum in eſtimatiōe falconis fore cōdempnādū. ar. duarū. ll. vni⁹ dicētis ꝙ ſi aliqs reperit fabricenſē qui bn̄ poterat cognoſci ꝑ ſignū ſeu bullā que in eis brachijs apparebat occultās ⁊ ei⁹ liberi fabrice vēdicāt C. đ fabri. l. ſtigmata. li. xi. Alteri⁹ dicētis de eo qui ꝓ medicamēto venenū porrexit ex quo homo perijt. vt ff. ad. l. aqui. l. qua actiōe. §. celſus. et dicit accuſatiōez aqlie nō fuiſſe cōtra ruſticū ꝓponendā. vt quidaz ex aduocatis ꝓpoſuerūt et ſuccubuerūt ꝓpter ineptam petitionē. qr ruſtic⁹ nō occidit ſed prebuit cauſaz mortis. Unde actio in factū fuit ꝓponēda et nō acquilia vt ꝓbat per dic. §. celſus ⁊c. Et tantū de falcone.

¶ Incipit pulcer tractatulus Bartoli legũdoctoris de regimine ciuitatis.

Irca modũ regẽdi ciuitatẽ aliqua videam⁹ Et hic vt reſpitio circa duo ẽ. Pr̃io in mõ regẽdi quo ad leges ⁊ hoc vel ex iure ſcripto vł nõ ſcripto. §. cõſtat inſti. de iu. na. gen. et ciui. qđ nõ ꝓſequor q꞉ in varijs locis hoc varie traditũ eſt Sc̃do in mõ regẽdi quo ad ꝑſonas regenciũ et circa hoc ẽ aliq̃ꝫ taliter examinãdũ. Primo videam⁹ quot mõis ciuitas regiꝛ. Sc̃do quis ſit melior mod⁹ Et q̃s deterior. Tertio circ̃ p̃dicta aliq̃ q̃ttidiana dubia videã⁹

¶ Et primo quot modis ciuitas regiꝛ Ex legib⁹ noſtris colliguntꝛ tres modi regẽdi boni. et tres ei ꝯrij. Aliquos modos apte declarat areſtotiles. iij. polli. et ibi eos modos ſuis noĩbus noĩat Nos vero et de illis noĩbus mentionẽ faciem⁹ et noĩa ſ̃m p̃ns tẽpus cõgruẽcius inſerem⁹. Ex vrbe quidẽ romana expulſis regib⁹ tres modi fuerũt regẽdi. Prim⁹ per popł̃m vt in. l. ij. §. Exactis vſq꜠ ad. §. deiñ. ff. de ori. iu. et q꞉ illđ regimẽ ẽ difficile areſtotiles vocat pollitiã. Nos ãt vocam⁹ regimẽ ad popł̃m. Et q̃nq꜠ hoc regimẽ bonũ eſt cũ per regẽtes conſideratꝛ bonũ cõmune p̃ncipaliter oĩm ſ̃m ſtatum ſuũ Sed ſi illa multitudo regẽciũ intẽderet ad ſuũ comodũ et ad oppreſſionẽ diuitum vel alicui⁹ gentis tunc eſt regimẽ malũ ⁊ greco noĩe vocat areſ. democraciã Nos aũt appellam⁹ popł̃m ꝑuerſum. Et iſtos duos regẽdi modos habem⁹ ff. de muneri. et hono. l. iij. §. p̃ſes ꝓuincie vbi q̃n honores et munera eq̃liꝛ diuiduntꝛ ſ̃m debitos grad⁹ diciꝛ regimẽ debitũ et bonũ. Quãdo autẽ inequaliꝛ q꞉ aliqui grauantꝛ aliq̃ alleuiãtꝛ diciꝛ regimẽ malũ ꝑ qđ reſpublica deſtruiꝛ. Secund⁹ regendi mod⁹ in



vrbe romana fuit ꝑ ſenatores et ſic per paucos diuites ⁊ prudẽtes. vt dic. §. deinde q꞉ difficile. Et tunc ſi illi pauci tendũt ad ꝯmune bonũ p̃ncipatus ẽ bon⁹ et ꝑ areſ. appellaꝛ tale regimẽ ariſtocracia Nomẽ ãt magis cõe eſt qđ pri⁹ dixi ẽ p̃ncipatus vel regimen bonorũ. Et ſi illi pauci nõ tendũt ad bonũ cõmune. ſed aliqui diuites vel potẽtiores opprimẽtes alios intendũt ad ꝓpriũ lucrũ tũc regimẽ eſt malũ. et vocaꝛ ꝑ Areſ. ologarcia qđ idẽ eſt ꝙ principat⁹ diuitũ vel regimẽ diuitũ malorũ qđ nomẽ ſatis cõmune eſt de quo habem⁹ in. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. preſi. ¶ Tercius regẽdi mod⁹ eſt ꝑ vnũ de quo. ff. đ ori. iu. l. j. §. nouiſſime. et iſtud ſ̃m areſ. appellaꝛ regnũ. Nos vero ſi eſt iſte dñs vł̃is appellam⁹ imperiũ vt dic. §. nouiſſime. Si vero particularis aliq̃n appellaꝛ regnũ aliq̃n ducatus marchia vel comitat⁹. vt de ꝓhi. feu. aliena ꝑ fredi. c. imperialẽ. §. preterea ĩ vſu. feu. Ducat⁹ vero cõmuni noĩe appellam⁹ regimẽ dñi naturalis. et hoc ſi dict⁹ dñs in cõmunẽ ⁊ bonũ finẽ tendit. Si vero tẽdit in malũ finẽ et in ꝓpriũ comodũ ſ̃m areſ. appellaꝛ tirãnus. Sic etiam ſ̃m leges noĩaꝛ. vt. C. de ſacro. ſanc. eccle. l. decernim⁹ et. l. omĩ nouatiõe et ibi nota. et. ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. l. fulcim⁹. §. q̃d ſit latitare. habem⁹ ergo ſex modos regendi. tres bonos et tres malos. Et vnuſquiſq꜠ ſuo noĩe ꝓprio appellaꝛ verũ tñ omẽ regnũ malũ põt cõi noĩe appellari tirãnis ſiue ſit popł̃i vel aliquorũ vel vni⁹. Eſt ſeptim⁹ modus regimĩs que eſt ĩ ciuitate romana nũc peſſim⁹. Ibi eñ ſunt multi tirãni ex diuerſis regiõibus adeo fortes ꝙ vnus cõtra aliũ nõ p̃ualet. Eſt eñ regimẽ toci⁹ ciuitatis adeo debile ꝙ

cōtra nullū ipſoꝝ tirānoꝝ pōt nec cōtra aliquē adhe
rentē ipſis tirannis reſiſti niſi quaten⁹ ipſi paciūtur
qꝺ regimē areſ. nō poſuit et merito Eſt em̄ res mon
ſtruoſa. Quid em̄ ſi q̇s viderit vnuꝫ corp⁹ hn̄s vnuꝫ
capiꝫ cōe debile et multa alia capita cōia fortiora il
lo ⁊ inuicē aduerſatiua certe monſtrū eſſet Appellat̄
ergo hoc regimē mōſtruoſum hoc em̄ diuina ꝑmiſſi
one factū eſt vt oſtēdat ꝙ oīs gloria mūdi caduca ē.
Ciuitas em̄ romana caput morū caput quodā oīm
polliciaruꝫ ad tantā mōſtruoſitatē circa regimē ve
nit qꝺ veri⁹ dici pōt ꝙ nō eſt regimē nec regimīs for
mā habet ar. ff. de ſta. ho. l. nō ſunt liberi Et ē exꝑſſuꝫ
de offi. ordi. c. qm̄ in pleriſqꝫ. ¶ Secundo videnduꝫ
eſt quis ſit melior regendi modus hec īueſtigatio ne
ceſſaria ē iuriſtis qm̄ dn̄i vniuerſales dū de reforma
tiōe ciuitatis tractant vel iuriſtas cōſulūt vel eis cō
mittunt vel cū ipſi aſſidēt apud eos de regimīe ciui=
tatis querela ꝓponit̄. Quis ē ergo melior mod⁹ regē
di inueſtigādū eſt qꝺ tractat areſ. iij. polli. ſed clarius
Egidi⁹ roman⁹ de ordīe ſctī auguſtini ī libro quē fe
cit de regi. pri. q̇ fuit magn⁹ ph̄⁹ et in theologia mgr̄
Ipſiuſqꝫ itaqꝫ opinionē ponā ⁊ ei⁹ ratōes verbis ſu
is vel areſtotilis nō vtar Illa em̄ iuriſtis quib⁹ loq̄r
nō ſaparēt. vtor autē ratiōib⁹ ſuis et ipſas ꝑ iura ꝓ
babo. poſtea q̇d mihi videt̄ ſcribā. dicit ergo Egidi⁹
ꝙ tres ſunt modi regēdi boni de quib⁹ ſ. dictuꝫ ē. pri
mus ē modus regēdi multitudīs ſeu ad populū hic
bonus ē ſi. ad vnū finē tēdat. Scd̄us regēdi modus
ē melior ſcꝫ regimē paucoꝝ. Terci⁹ regēdi mod⁹ eſt
optim⁹ ſcꝫ monarchia ſiue gubernatio vnius regis
qꝺ. ſ. iſtud regimē vni⁹ ſit optimus principat⁹ ꝓbat
quatuor ratiōibus ex quibus cōcludit alia duo. Et



primo ſit pax ⁊ vnio ciuiū dꝫ eſſe finalis intētio regē
tis. ff. de offi. preſi. l. cōgruit in pri. ⁊ ī auten. de mā. pri.
§. deinde cōueniēs col. iij. Sed hec vnio ⁊ pax magis
pōt effici et obſeruari ſi regat̄ per vnū ꝙ̄ ꝑ plures er
go meli⁹ eſt regi ꝑ vnū. Et hoc vlteri⁹ ꝓbat̄ ſic ī pri
cipatu pluriū nō pōt eſſe pax niſi quaten⁹ illi plures
ſint vnuꝫ ꝑ voluntatē qꝺ patꝫ q̄ ſi diſcordāt impedit̄
eoꝝ actio ꝑ cōcurſum vt. l. ꝯſilio. §. fi. ff. de cura. furio
et. ff. de ſerui. ruſ. pre. l. itinere cuꝫ ſil'i. Ex hoc arguit̄
ſic ꝓpter qꝺ vnūqꝺqꝫ et illud magis. C. de ſacro. ſanc
autē. multo magis et. l. quātomagis. ff. ꝺ iureiuran.
Sꝫ regimē pluriū eſt bonū ꝓpter vnitatē ergo mul
tomagis ē meli⁹ regimē ipſi⁹ vnitatis qꝺ fit ꝑ vnū
Scd̄o ꝓbat̄ q̄ ex hoc ipſa ciuitas. ⁊ reſpublica red=
dit̄ potētior qꝺ ſic ꝓbat̄. virt⁹ quātomagis ē vnita
